UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

62. Universis, & singulis &c. Monitorium vigore specialis Chirographi Pontificii die 29. Julii 1715. expeditum contra Carolum Joseph Juniperum Præpositum Curatum Odalgeni Casalen. Diœcesis, ob ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74859

Visual Library

tolicam plenam, integram, ac omnimodam octo priorum Articulorum executionem pollicitus fuit; Et viciſſim reliqui quatuor Eminentiſſimi Cardinales noni, & decimi Articulorum adimplementum Pontificio nomine ſpoponderunt.

Subindè mandato Sanctiſſimi per encyclicas literas Sac. Congregationis Immunitatis Ecleſiaſticæ univerſis Siciliæ Ordinariis miſſa fuerunt exempla prædictorum decem Articulorum cum opportuna Inſtructione; Nec non Vicariis Apoſtolicis Catanien., & Agrigent., ac Vicario Generali Liparitan. injunctum fuit, ut poſtquam illis exploratum, compertumque eſſet integrum, atque omnimodum adimplementum ſatisfactionum à Regis Officialibus præſtandarum, Interdictum memoratis Civitatibus, & Diœceſibus appoſitum removerent. Eiſdem præterea Vicariis, ac reliquis omnibus Siciliæ Ordinariis tributa fuit facultas abſolvendi in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris omnes, & ſingulos, qui illis innodati reperirentur ob violationem Interdicti, ac læſam Immunitatem, liberatemque Eccleſiaſticam; ſive ob alium quemcumque actum ab ipſis geſtum in odium Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, vel obedientiæ præſtitæ mandatis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ejuſdem Interdicti obſervationem reſpicientibus; Ac inſuper diſpenſandi cum illis, qui irregularitatem contraxiſſent, dummodò tamen iidem Excommunicati, ac irregulares abſolutionem, & diſpenſationem reſpectivè debita humilitate poſtularent, partibuſque læſis ſatisfacerent, & à ſimilibus in futurum abſtinere pollicerentur.

Intereà Eminentiſſimus D. Cardinalis de Aqua viva liberam poteſtatem fecit omnibus Siculis expulſis, & profugis tam in Urbe, quàm extra eam degentibus, in ipſam Inſulam ad propria revertendi, conceſſo ſingulis petentibus amplo Salvo Conductu-Paſſaporto nuncupato: Et poſtmodum ex literis prædictorum trium Vicariorum certus allatus fuit Nuncius, quòd cum Regii Officiales ſtabilitas conventiones bona fide adimpleviſſent, ipſi viciſſim Interdictum à præfatis Civitatibus, & Diœceſibus authoritate à Sanctiſſimo eis benignè tributa ſuſtulerant.

MONITORIUM

Vigore ſpecialis Chirographi Pontificii die 29. Julii 1715. expeditum contra Carolum Joſeph Juniperum Præpoſitum Curatum Odalengi Caſalen. Diœceſis, ob recurſum ab eodem Præpoſito habitum ad Laicalem Poteſtatem, ad effectum impediendi executionem Decretorum Epiſcopi Caſalenſis, nec non contra Officiales, ac alios ejuſdem Laicalis Poteſtatis Miniſtros, qui Eccleſiaſticam Immunitatem, & ordinariam Domini Epiſcopi juriſdictionem multipliciter eâ occaſione violarunt.

Nicolaus Archiepiſcopus Thebarum, Pontificii Solii Aſſiſtens, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, & Literarum Apoſtolicarum quarumcumque Univerſalis, ac merus Executor, nec non Judex à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa in infraſcripta Cauſa per ſpeciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

UNiverſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parochialiumque, & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuſcumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ Literæ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino.

Epiſcopus Caſalenſis decernit munia Parochialia exerceri in Eccleſia S. Grati ſubrogatæ in locum Parochialis de conſenſu Partium.

§. 1. Noveritis, quod hac infraſcriptâ die comparuit coram Nobis Per-Illuſtris, & Excellentiſſimus Dominus Nicolaus Jacobatius Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Procurator Fiſcalis, & expoſuit, Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Epiſcopum Caſalen. variis recurſibus poſtulatum uſque ab anno 1711. ad normam Sacrorum Canonum, & præcipuè Sacri Concilii Tridentini, plures, ac providas feciſſe Ordinationes ad conſulendum Spiritualibus Indigentiis Animarum, ac Fidelium habitantium in Villis Odalengi magni, nempè in Valle Sturæ, Caſalegii, & Rivæ pro commodâ Sacramentorum receptione, Divinorum Officiorum participatione, aliiſque reſpectivè Parochialibus muneribus ad eorum commodum exercendis in Eccleſiâ Sancti Grati dictis Incolis magis congruenti tanquam ſita ferè in medio dictarum Villarum ſorrogat. in locum antiquæ Eccleſiæ Parochialis Sancti Quilici, ob temporum injuriam, Bellorumque incurſiones derelictæ, initis etiam inter dictarum Villarum Incolas ex unà, & Parochum, ſeu Præpoſitum Matricis Eccleſiæ dicti Loci Odalengi magni conventionibus ſub die 29. Junii 1712. ſeu &c. cum reſervatione Jurium prætenſi Patroni, & Præpoſiti, ad cujus Eccleſiam prædictarum Villarum Habitatores ob Loci diſtantiam, & difficultatem itineris ſine magno incommodo, præcipuè ſenio affectorum, Puerperarum, Mulierum lactantium, ac malè valentium accedere non poterant.

Parochus contra Decretum Epiſc., & ſubſcriptas pactiones recurrit ad Laicam Poteſtatem, ejuſque brachio Decreti executionem impedit.

§. 2. Contra diſpoſita per Epiſcopum, ac ſubſcriptas pactiones hodiernus idem Præpoſitus Curatus Carolus Joſeph Juniperi recurſum habuit ad Poteſtatem Laicam, nolens in Eccleſiâ deſtinatâ prædictâ occaſione Paſchatis Sacramenta miniſtrari, & de facto Paſchali tempore proximè elapſi anni 1714. ab eâdem Laicâ Poteſtate tranſmitti obtinuit ad Villas præfatas Equitem Lambertum cum ſuâ Cohorte in numero ſexaginta circiter Militum ad hoſpitandum in Domibus Privatorum, illorumque expenſis, ut eoſdem per vim adigeret ad Paſchale Præceptum adimplendum in dictâ Præpoſiturali Eccleſiâ Odalengi, quemadmodùm tali urgente inſiſtentiâ poſt vexationes octo dierum ſpatio paſſas, multaque damna, ac diſpendia illuc accedere coacti fuerunt cum maximâ, ac ſcandaloſâ Juriſdictionis Eccleſiaſticæ læſione. Quibus concuſſionibus, & violentiis altera non minor acceſſit; Etenim ad dictam Civitatem Caſalis advocati fuerunt Franciſcus Bencius, & Joannes Baptiſta Serenus coram Civitatis Præfecto nuncupat. *il Commandante*, & præcipuè coacti fuerunt ad præfatas Villas redire, ibique Inſtrumentum Unionis eorumdem Particularium conficere coram eodem Duce, & Militibus inibi ut ſupra, reſidentibus. Deinde ad eamdem Civitatem remiſſi, adhuc compulſi fuerunt quandam conventionem favore præfati Præpoſiti diſpoſitam, ac ipſis penitùs læſivam approbare, impoſito etiam Cauſæ ſilentio: Quam conventionem ſic coactè initam Particulares læſi ferre non valentes, novum recurſum ad Reverendiſſimum Epiſcopum habuerunt, conſtanter proteſtantes ſe nolle eidem conventioni acquieſcere; Pervenerunt ad aures Præpoſiti, & Præfecti Civitatis noviſſimæ Popularium preces Epiſcopo porrectæ, & fuerunt in causâ, ut prædicti Bencius, & Serenus, tanquam ditiores in Populo, iterùm vexarentur. Etenim ad Civitatem revocati, priùs in Arce fuerunt incluſi, inde per Civitatem longo tempore detenti, ut detegerent, & referrent eos, qui ad Reverendiſſimum Epiſcopum noviter

Et vexat Incolas Villæ S. Grati.

recur-

recurſum habuiſſent, ſupradictos etiam vexantes, & retinentes ad extorquendam declarationem ab eis, quod Milites, licèt ad gravandum tranſmiſſi, damnum Villicis prædictis minimè intuliſſent. Obſtitit ſemper Præpoſitus diſpoſitionibus per Epiſcopum præordinatis ad commodiorem Sacrorum Populo miniſtrationem etiam per Concordiam firmatis, & in praxim redactis; imò demùm vetuit Vice-Curato ab Epiſcopo deputato in Eccleſiâ Divi Grati quamcumque munerum Parochialium adminiſtrationem, Miſſæ celebratione exceptâ; Undè, attentâ diffidentiâ Populi, ac ſemper increſcente temeritate Parochi, magis excitata fuit Epiſcopi vigilantia, & propterea ad occurrendum Præpoſiti machinationibus, conſulendum Populo quoad Spiritualia, ſimulque Eccleſiaſticam Immunitatem, ac Juriſdictionem tuendam, deputavit, ac reſpectivè confirmavit Sacerdotem Blaſium Paſtore in Vicarium dictæ Eccleſiæ Sancti Grati cum omnibus facultatibus Parochialibus, adjecto eidem Præpoſito onere illi ſubminiſtrandi duos ſaccos frumenti, & uvæ rubra centum; Juſtis de cauſis eidem Junipero inhibendo, ne ad Loca Vallis Sturæ ſine novâ licentiâ accederet: fruſtra inſtetit coram Epiſcopo pro hujus Decreti revocatione; numquam tamen, licèt requiſitus, taxatam congruam Vicario deputato ſubminiſtravit; imò per novum recurſum ad Poteſtatem Laicam directæ fuerunt moleſtiæ præfato Vicario Blaſio Paſtori, cui fuit exhibita quædam Epiſtola ad Teſtium præſentiam per manus Alberti Allera Vice-Prætoris ejuſdem Loci, illi per Equitem Crevacore Caſalis Præfectum directa ſub datâ 16. Auguſti proximè præteriti, in quâ eidem injungebat, ut quàmprimùm ad dictam Civitatem ſe conferret pro pravi negocio ſibi conferendo; Cumque illùc ſe contuliſſet, & coram eo ſe præſentaſſet, ei exulationis negocium indixit infra tres dies à toto Statu, ac Dominio illius Principis exequen.

Negat Vice-Curato ſubſidium ab Epiſcopo præſcriptum, & in exilium ejici curat.

§. 3. Intereà Epiſcopus, ne Eccleſia Sancti Grati deſtituta remaneret Vicario, in illius locum ſubrogavit Sacerdotem Michaelem Germanum Cloverio; Prædictus tamen Blaſius Paſtore, neſciens quo verteret ad Incolatum, præſertim ob ejus paupertatem, licèt exilio mulctatus, nondùm diſceſſerat, elapſo jam per dies termino præfixo, propterea rediit ad ea Loca præfatus Eques Lamberto, qui cum Famulo, ac duobus Militibus ſub die Veneris 31. menſis Auguſti anni præteriti pervenit ad Vallem Sturæ, & præciſè ad Domum Eccleſiæ S. Grati, in quâ degere ſolebat prædictus Vicarius Paſtore, factaque diligenti perquiſitione etiam in abſconditis Domus, & Eccleſiæ pro illo carcerando, eoque non reperto, cum in antecedenti die, ad obedientiam præſtandam cœpiſſet iter ipſum ſucceſſivè inſecuti fuerunt, ac arreſtarunt die Sabbati prima Septembris, ſeu alio veriori tempore in ipſo itinere, quod à Ceſareto proſequebatur ultra Padum, fuitque eodem die per duos Milites translatus ad dictam Civitatem Caſalen., & in militari Statione Portæ Caſtelli nuncupat. uſque ad veſpertinam Portarum clauſuram fuit detentus, & poſteâ de ordine dicti Præfecti Civitatis, ut dicitur *il Commandante*, ductus ad Domum N. Ponſani nuncupat. l'*Ajutante*, ibique tota nocte per Excubias cuſtoditus, rurſus de mane eidem Præfecto exhibitus, præceptum habuit de diſcedendo, nec ampliùs accedendo ad loca Dominantis ſub pœnâ indignationis ejuſdem, fuitque ſtatim Equo immiſſus, quem paratum habebant, & per tres Equeſtres milites aſſociatus per Portam nuncupat. *Cittadelle*, deportatus fuit ſucceſſivè uſque ad fines Status Mediolanenſis; rebuſque aliis in proceſſu, & in proceſſibus Cauſæ, & Cauſarum hujuſmodi latiùs deductis, ad quos &c. prædicta omnia, committentes, ac temerè, & ſacrilegè patrantes contra Immunitatem, juriſdictionem, & Libertatem Eccleſiaſticam inſtando, mandando, committendo, compellendo, conſulendo, inſtigando, & quomodolibet reſpectivè cooperando tam directè, quàm indirectè, tam conjunctim, quàm diviſim, & aliàs omni &c. ſingula ſingulis congruè referendo non ſolùm &c. ſed omni &c. ſuper quibus &c.; Quamobrem ad Inſtantiam, & pro parte præfati Domini Procuratoris Fiſcalis fuimus inſtanter, & debitè requiſiti, quatenùs de opportuno Juris remedio providere, & Monitorium extrà Romanam Curiam, & ad Partes ad legitimè comparendum decernere, & concedere dignaremur, quare præſentato, & exhibito Nobis Chirographo manu ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri ſub die 16. currentis menſis Julii ſignato, tenoris ſequentis, videlicet:

Item Vice-Curatus à Laicali Poteſtate comprehenſus exulare compellitur.

Inſtantia Procuratoris Fiſcalis.

Monſignor Arciveſcovo di Tebe, Auditor Generale della noſtra Camera Apoſtolica. Eſſendo ſtato rappreſentato dal Procurator Fiſcale Generale della noſtra Camera, che Monſignor Veſcovo di Caſale havendo compoſte alcune differenze trà il Sacerdote D. Carlo Giuſeppe Giuniperi Curato, e Prevoſto di Odalengo grande, con li Particolari, & Huomini delle Ville di Stura, Caſaleggio, e Riva membri di detto luogo d'Odalengo ſopra la neceſſità, che havevano degli Eſercizii degl'atti Parocchiali nella Chieſa di S. Grato à loro vicina ſenza eſſere obligati à trasferirſi in lontananza con ſtrade diſaſtroſe alla Chieſa di detto Prevoſto in detto Odalengo grande con pregiudizio dell' Infermi, Vecchi, e Donne lattanti, come per il paſſato, almeno in alcuni giorni deſtinati, eraſi pratticato dalli Anteceſſori di detto Prevoſto, che eſercitavano le funzioni Parocchiali anche in detta Chieſa, con haver detto Prelato precedentemente proveduto di un Sacerdote, che in detta Chieſa di S. Grato per modo di proviſione ſomminiſtraſſe loro i Sacramenti, e concluſo anche il trattato con concordia, e Capitoli ſottoſcritti tra le Parti, e deputato per ultimo, doppo altre proviſioni, per Vice-Curato con dipendenza da detto Prevoſto il Sacerdote Don Biagio Paſtori con ſomminiſtrazione di qualche ſtipendio, ſupplendo all' altro il Popolo, prevalendoſi delle facoltà del Sacro Concilio di Trento in occorenze ſimili, ed eſſendo mancato detto Prevoſto alla Contribuzione della congrua à detto Vice-Curato taſſata, ed avendo anche proibito à detto Vice-Curato ogn'altra funzione Parochiale, toltane la celebrazione della Meſſa, foſſe da Monſignor Veſcovo ordinato il pagamento di ciò, che il Prevoſto à detto Vice-Curato Paſtori doveva; E correndo all' hora i tempi della Paſqua, preteſe di più con contravenire alle Proviſioni del Prelato accordate, che detti Particolari degl' accennati Cantoni onninamente ſi traſferiſſero alle funzioni Sagre, e Precetto Paſquale alla ſua Chieſa Parocchiale di Odalengo, e per tal fine ricorreſſe alla Poteſtà Laica, e ſpecialmente al Commandante di Caſale, e da quello nella Settimana doppo l'ottava di Paſqua foſſe mandato à quei Cantoni il Cavalier Lamberto Capitano con Campagnia de Soldati Granattieri, e foſſero poſti, e diſtribuiti à diſcrezione nelle Caſe di detti Particolari à ſpeſe de medemi con molti danni, & mali trattamenti ad effetto di obligarli, come l'obligarono, doppo la tollerenza di queſte violenze per otto giorni, à trasferirſi in detta Parocchia d'Odalengo per ſodisfare al Precetto, tutto con manifeſto diſprezzo, e leſione della Giuriſdizione Eccleſiaſtica. Nè queſti ſoli furono gl'aggravii, perche con la chiamata in Caſale di alcuni Particolari più beneſtanti di detti Cantoni, ò Ville fù loro ordinato di ritornare alle proprie Caſe, con fare un Atto di unione, come li convenne fare alla preſenza del Capitano, e Soldati, e ritornare poi in Caſale, ove furono aſtretti à fare una concordia tutta in loro damno, e che s'imponeſſe

Tenor Chirographi Pontificii, quo Cauſa A. C. ſpecialiter delegatur.

fine

fine à queſta cauſa. Eſsendo intolerabili a quei Popoli dette violenze, fecero ricorſo à Monſignor Veſcovo, rappreſentandole la concordia leſiva, alla quale erano ſtati violentemente aſtretti, del qual ricorſo havutoſi notitia dalla Poteſtà Laica, richiamò novamente in Caſale li due Particolari ſudetti de Cantoni, quali furono poſti in Caſtello, e poi ritenuti in Città, à fine di ſapere chi haveſſe fatto l'ultimo ricorſo al Veſcovo, e per ottenere dichiaratione, che li Soldati mandati ne medemi Cantoni non havevano recato alcun danno à i Particolari de i medemi. Non deſiſteva il Prevoſto d'Odalengo ſudetto dalla di lui aderenza alla Poteſtà Laica, particolarmente per eſſer ſtata dal Veſcovo decretata la ſomminiſtrazione della porzione della congrua al Vice-Curato Paſtori, e di eſſere ſtato inibito da Monſignor Veſcovo di trasferirſi à quei Cantoni, ò Ville ſenza licenza, perilche con lettera; e con preteſto in eſſa di havere à parlargli per coſe rilevanti, il Commandante di Caſale ſcriveſſe al ſopradetto Don-Biagio Paſtori Vice-Curato di trasferirſi in detta Città; Che avendo egli obbedito, gli foſſe dal medeſimo intimato l'eſilio da i Stati del Dominante ſotto pena della di lui indignazione in termine di trè giorni, il quale havendo procraſtinata l'obedienza per non ſapere dove prender recovero per la di lui povertà, fuſſe ſpedito il ſudetto Cavaliere Lamberto con due Soldati, e ſuo Servitore, quali ſi portarono à detti Cantoni, ed alla Chieſa di San Grato, e fatta diligente perquiſizione nella caſa di detto Vice-Curato proſſima alla Chieſa, e dentro la Chieſa medeſima per carcerarlo, e non avendolo trovato per eſsere il giorno precedente partito, lo inſeguiſſero, e trovato lo fermaſſero, mentre partiva da Ceraſeto oltre Pò, e lo conduceſsero à Caſale, ove doppo haverlo trattenuto nel corpo di guardia, e poi cuſtodito la notte in caſa dell' Ajutante Ponzano, la mattina dal detto Commandante le fuſſe rinovato il ſopradetto eſilio, e poſto à cavallo fuſſe accompagnato da trè Soldati, e condotto ſino al Confine dello Stato di Milano, & altro, come meglio, e più chiaramente, e diſtintamente dal Proceſſo, ò Proceſſi ſopra di ciò formati. E non potendo, nè dovendo Noi comportare violazioni così ſacrileghe della Giuriſdizione, Immunità, e Libertà Eccleſiaſtica, vogliamo, che ſi proceda onninamente alla traſmiſſione de' Monitorii contro tutti quelli, che in queſti fatti riſultaranno Rei, e ſe bene Voi, & il voſtro Tribunale, come Eſecutore Generale delle lettere Apoſtoliche, potreſte procedere in queſta Cauſa, e Cauſe in vigore delle voſtre facoltà, nondimeno à maggior cautela di noſtro moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà aſſoluta, preſervando primieramente tutte, e ſingole altre ragioni, che intorno à ciò poteſſero in qualunque modo, e tempo competere al noſtro Fiſco, avocando à Noi, in quanto faccia di biſogno, queſta Cauſa, e Cauſe da qualunque Curia Tribunale, Congregazione, e Giudice, & havendo qui per eſpreſso il contenuto del Proceſſo, ò Proceſſi come di parola in parola foſſero ſtati inſcriti: Con il preſente noſtro Chirographo la commettiamo a Voi, & al voſtro Tribunale nello ſtato, e termini nelli quali ſi trova con li ſuoi anneſſi, conneſſi, emergenti, e dependenti, anche con la clauſula quam, & quas, commandandovi eſpreſſamente, che dobbiate non ſolo in virtù delle voſtre facoltà generali, mà anche in vigore di quelle, che vi concediamo con queſto noſtro Chirografo, procedere alla traſmiſſione de' Monitorii, e Citazioni contro tutti quelli, che dal Proceſso, ò Proceſſi formati reſtaranno ſufficientemente indiziati delle ſudette violazioni di giuriſdizione, immunità, e libertà Eccleſiaſtica di qualunque ſtato, grado, preeminenza, e dignità foſſero, ed inſieme vi concediamo, tutte le facoltà di procedere à ſuo tempo contro li ſudetti Violatori, e dichiararli incorſi in tutte, e ſingole cenſure, che ſono preſcritte da ſacri Canoni, Decreti de' Concilii Generali, e Coſtituzioni Apoſtoliche, ſenza pregiudizio di altre pene, che de jure competeſſero; Et affinche più facilmente poſſiate ciò eſſeguire vi concediamo ancora la facoltà, rimoſſa ogni appellazione, richiamo, ricorſo, oppoſizione di nullità etiam ex tribus, & altre ordinarie, & eſtraordinarie di poterli citare anche per editto, coſtando vi anche ſommariamente, & eſtragiudicialmente, e quanto vi parerà, che baſti, del non tutto acceſſo; Volendo, e decretando, che il Monitorio, ò Monitorii, che intorno à ciò ſi ſpediranno da Voi, e voſtro Tribunale, affiſſi che ſaranno in Roma nella Baſilica di San Pietro, nella Curia Innocenziana, & in Campo di Fiore, & alle Chieſe Catedrali delle noſtre Città di Bologna, e Ferrara, vagliano, & abbino la loro forza, e vigore contro chi ſi ſia, come ſe perſonalmente foſſero ſtati citati, moniti, & intimati, derogando in quanto ſia di biſogno à queſto effetto, e per queſta volta ſolamente, alle Coſtituzioni Apoſtoliche, fatte, & ordinate anche ne Concilii Generali, e particolarmente à quelle delli noſtri Predeceſſori Bonifazio VIII. de una, e d'Innocenzo III. nel Concilio Generale Lateranenſe de duabus dietis, & ogni altra coſa, che faceſſe in contrario, ancorche haveſſe biſogno d'eſpreſſa, ſpecifica, & individua menzione, li tenori delle quali tutte, e ſingole vogliamo, che ſi abbiano qui per eſpreſſi, & inſeriti di parola in parola, e che il preſente noſtro Chirografo vaglia, & abbia il ſuo pieno effetto, vigore, & eſsecuzione con la noſtra ſola ſottoſcrizione; benchè non ſia regiſtrato nelli libri della noſtra Camera, nè in alcun modo ſia ſervata la forma della Coſtituzione di Pio IV. parimente noſtro Predeceſſore de regiſtrandis, alla quale perciò per queſta volta ſola deroghiame, e che contro di eſſo non ſi poſſa in alcun tempo opporre di obrezione, ò ſubrezione, mancanza della noſtra volontà, & intenzione, nè di qualſivoglia altro difetto, benche degno di eſpreſsa, ſpeciale, & individua menzione, e che non ſi poſſa diverſamente interpretare, ò giudicare, dichiarando nullo, & irrito tutto ciò, che in contrario da qualunque perſona ſcientemente, ò ignorantemente ſi faceſſe, ò ſi attentaſſe; Non oſtante quanto à tutte, e ſingole coſe premeſſe qualſivoglia Coſtituzioni, & Ordinazioni Apoſtoliche, Concilii, anche Generali, Statuti, Uſi, Conſuetudini, Decreti, Indulti, e Privilegii ſotto qualunque forma, e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam conceſſi motu proprio, e per rimunerazione di ſervizii reſi alla Religione Catolica, & alla Sante Sede, e con qualſivoglia altre clauſule, e decreti; A' quali tutti, e ſingoli, etiamdio più volte confermati, e benche ricercaſsero ſpeciale, & individua menzione, havendo li loro tenori per eſpreſſi, di ſimil moto proprio, e pienezza della noſtra aſſoluta poteſtà, eſpreſſamente per queſta volta ſola, e per gli effetti ſudetti pienamente deroghiamo, perche tale è la noſtra eſpreſſa, e determinata mente. Dato nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto dì 16. Luglio 1715.

CLEMENS PAPA XI.

Petiit, & ſummâ cum inſtantiâ poſtulavit, ſine præjudicio tamen procedendi ſuis loco, & tempore contra alios in præſenti Monitorio non expreſſos, & in præmiſſis, vel circa ea huc uſque repertos, vel in poſterum reperiendos culpabiles, ac omnium, & ſingulorum jurium hactenus quomodolibet, & qualitercumque Fiſco acquiſitorum, & competentium ſuis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus, & aliis de jure, & de ſtylo proteſtandis expreſse proteſtatur, itaut proteſtatio hujuſmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum noſtrarum literarum Monitorialium, & in toto Proceſſu deſuper, & quatenus opus ſit, in poſterùm fabricando, & non aliàs &c., quatenus ſibi literas Monitoriales ad Partes per Edictum publicum in locis in præinſerto Chirographo deſignatis affigendas, exequendas, &

pu-

publicandas, cum pro illis exequendis in Civitate Caſalis, cæteriſque illius Dominii locis tutus non pateat acceſſus, in formâ ſolitâ decernere, & concedere, & alias de opportuno juris remedio providere dignaremur.

§. 4. Nos igitur Nicolaus Archiepiſcopus Thebarum Judex Executor, & Auditor prædictus attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam in vim ordinariæ noſtræ auctoritatis, præinſertoque Chirographo Nobis, ut præfertur, præſentato inhærentes, ac etiam facultate in illo Nobis, noſtroque Tribunali attributâ utentes, conſtitoque Nobis per Teſtes fide dignos de mandato noſtro jam examinatos ad dictam Civitatem Caſalis, aliaque loca illius Dominii, in quibus moram trahunt, & morari ſolent citandi, & monendi, pro præſentibus noſtris Monitorialibus literis exequendis tutum non patere acceſſum, petitas literas Monitoriales concedendas, & in locis infradicendis exequendas, & publicandas fore, & eſſe duximus, & mandamus per præſentes. Quo circa vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus viſis iiſdem præſentibus per præſens publicum noſtrum Edictum in Romanâ Curiâ in Audientiâ publicâ literarum Contradictarum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ legen., & ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, ac in Cathedralibus noſtrarum Civitatum Bononiæ, & Ferrariæ per affixionem, publicationem, & executionem ad valvas Cathedralium ex parte noſtrâ, immò veriùs Apoſtolica Auctoritate pro nunc, & reſervatis, ut ſupra, Juribus ſupradictos, *Præpoſitum Carolum Joſephum Juniperi, Equitem Crevacore Præfectum Civitatis Caſalis Commandante nuncupat., Equitem Lambertum Ductorem Militum nuncupat. Granatieri, Albertum Allera Vice Prætorem Odalengi, N. Ponzano, ut dicitur, Ajutante in Civitate Caſalis, N. N. N. N. N. N. Milites Granaterios ad gravandum tranſmiſſos in numero ſexaginta circiter, N. N. duos Milites, qui Sacerdotem Paſtore arreſtarunt, & ad Civitatem Caſalen. adduxerunt. N. N. N. tres Milites, qui eundem Sacerdotem Paſtore exulatum extra Statum aſſociarunt*, citetis, moneatis, & requiratis, prout Nos eoſdem hatum ſerie citamus, monemus, & requirimus, primo, ſecundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum menſium ſpatium, quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro ſecundo, poſteriores verò viginti dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ canonicâ monitione aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ in Judicio coram Nobis, vel infraſcripto Perilluſtri, & Excellentiſſimo Domino Antonio Sabaino Locumtenente noſtro in Criminalibus Generali legitimè comparuiſſe, & comparere ad deducendum, & allegandum cauſam, quare non debeat ipſos, & eorum quemlibet in omnes, & ſingulas cenſuras, & pœnas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præſertim in Bullâ die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari ſolitâ, contentas, inflictas, impoſitas, & comminatas incidiſſe, & incurriſſe declarari, ac ſine præjudicio aliarum pœnarum in eos, vel eorum ſingulos de jure irrogandarum, contra illos, & illorum quemlibet literas quaſcumque deſuper neceſſarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, & ſingulos actus, de, & ſuper præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſarios, & opportunos procedi, nec non reſpectivè ad videndum ſeſe in cenſuras, & pœnas hujuſmodi incidiſſe, & incurriſſe declarari, ipſique D. Procuratori Fiſcali Generali jus, & juſtitiam miniſtrari. Certificantes eoſdem *Præpoſitum Carolum Joſephum Juniperi, Equitem Crevacore Præfectum Civitatis Caſalis, Equitem Lambertum Ductorem Militum, Albertum Allera Vice Prætorem, N. Ponzani, ut dicitur Ajutante, N. N. N. N. N. N. Milites Granaterios ad gravandum tranſmiſſos in num. 6. circiter, N. N. duos Milites, qui Sacerdotem Paſtore arreſtarunt, & ad Civitatem Caſalen. adduxerunt, N. N. N. tres Milites, qui eumdem Sacerdotem Paſtore exulatum extrà Statum aſſociarunt, ſic citatos, & monitos*, quòd ſi in dicto termino ipſis præfixo legitimè non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infraſcriptus, nihilominus, ſervatis terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, ad omnium, & ſingularum cenſurarum, & pœnarum prædictarum (ultra alias de Jure competen. reſervatas) incurſus declarationem, & executionem, Cedulonumque dictæ Excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque reſpectivè, & ad omnia alia neceſſaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, ſive deveniet, & procedet, juſtitiâ mediante, eorum abſentiâ, & contumaciâ non obſtante. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curiâ Innocentianâ Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo decimoquinto, die verò 29. menſis Julii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis Divinâ Providentia Papæ XI Anno decimoquinto.

Nomina Citatorum, & monitorum ad comparendum, & allegandum cauſam quare &c.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

In Nomine Domini Amen. Præſenti publico relationis Inſtrumento Cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum quod Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo decimo quinto, Indictione octava, die verò juridica octava menſis Auguſti, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno decimo quinto. In Mei, ac Teſtium infraſcriptorum præſentia præſens, & perſonaliter conſtitutus Paulus Braci publicus Curſor Curiæ Epiſcopalis Ferrariæ retulit mihi Notario infraſcripto ſe ſub hodierna die coram infraſcriptis Teſtibus retroſcriptum Monitorium contra Sacerdotem Carolum Joſephum Juniperi Curatum, & Præpoſitum Matricis Eccleſiæ Loci Odalengi magni Caſalenſis Diœceſis, Equitem Crevacore Præfectum Civitatis Caſalis Commandante nuncupatum, Equitem Lambertum Ductorem Militum nuncupat. Granatieri. Albertum Allera Vice-Prætorem Odalengi, N. Ponzani, ut dicitur, Ajutante in Civitate Caſalis. N. N. N. N. N. N. Milites in numero ſexaginta circiter, & alios quinque Milites N. N. N. N. N. primò duos, ac deinde tres in retroſcripto Monitorio ſpecificatos exequutum fuiſſe ad valvas Cathedralis Eccleſiæ Civitatis Ferrariæ ſub Invocatione S. Georgii, affixa ibidem copia, & dimiſſa præſentibus Domino Ignatio Garani, ac Joſeph Lorenzoti teſtibus &c. aliaque feciſſe, & dixiſſe, prout habuit in mandatis, & ita tactis &c. juravit &c. non ſolùm &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. Actum Ferrariæ in Cancellaria Criminali Curiæ Epiſcopalis ejuſdem Civitatis, præſentibus ibidem Domino Ignatio Garani Filio quondam Julii Ferſen de Cura Sancti Jacobi, ac Joſeph Lorenzotii filio Alberti pariter Ferſen de Cura

Sanctæ Mariæ Novæ teſtibus anteſcriptis ad præfata omnia habitis ſpecialiter, atque rogatis. Ego Antonius Odoardus Valentus Notarius publicus, & Curiæ Criminalis Epiſcopalis Ferrarien. Cancellarius de prædictis rogatus fui. In quorum fidem hic me ſubſcripſi, & ſolito mei Tabellionatus ſigno requiſitus ſignavi die, menſe, & anno ſupraſcriptis &c.

Thaddæus, Miſeratione Divina Tituli S. Alexii, S. R. E. Presbyter Card. à Verme Epiſcopus Ferrarienſis &c. Univerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur ſupradictum Dominum Antonium Odoardum Valenti eſſe Notarium publicum hujus Civitatis, Curiæque noſtræ Notarium, & Cancellarium ad Criminalia, ejuſque ſimilibus hic, & ubique locorum in judicio, & extra fidem adhiberi plenam. In quorum &c. Dat. Ferrariæ ex Palatio Epiſcopali die 13. Auguſti 1715.

Carolus Quercius Notarius, & Canc. Epiſcopalis.

Deventum poſteà non fuit ad Sententiam declaratoriam incurſus cenſurarum, aliarumque pœnarum in antedicto Monitorio contentarum, & comminatarum, quia Carolus Joſeph Juniperi Præpoſitus Curatus Odalengi pœnitentia ductus veniam humiliter poſtulavit ab Epiſcopo Caſalenſi, ejuſque Decretis, atque mandatis ſe debitam obedientiam præſtiturum ſpopondit. Quibus ab eodem Epiſcopo Sacræ Congregationi Immunitatis Eccleſiaſticæ ſignificatis, eadem Sac. Congregatio, Sereniſſimo annuente, die 21. Decembris 1716. ipſimet Epiſcopo facultatem conceſſit abſolvendi etiam in forma privata memoratum Præpoſitum à cenſuris, in quas ob præmiſſa inciderat, facta tamen prius per eum obligatione reſiciendi omnia damna, quæ Vice-Curatus Eccleſiæ S. Grati, & Incolæ Villæ Valdiſturæ paſſi fuerant, nec non abſtinendi à ſimilibus in futurum.

MONITORIUM

Quo Cenſuræ à Domino Cardin. Archiepiſcopo Januen. juſſu Summi Pontificis promulgatæ contra P. Thomam Granellum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantiâ nuncupatorum ob non paritionem Pontificio præcepto confirmantur, & aggravantur, ac omnibus Chriſtifidelibus ſub gravibus pœnis mandatur, ut à qualibet cum ipſo converſatione, atque commercio abſtineant.

Nicolaus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Spinula Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Pro-Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Cenſurarum tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque Univerſalis, ac merus Executor.

UNiverſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parochialiumque, & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuſcumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino &c.

Fr. Thomas Granellus ob inobedientiam præcepto Pontificio declaratur Excommunicatus à D. Card Archiepiſcopo Januen.

§. 1. Noveritis, quod hac infraſcriptâ die comparuit coram Nobis Perilluſtris, & Excellentiſſimus Dominus Nicolaus Jacobatius Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Procurator Fiſcalis, & expoſuit Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Cardinalem Archiepiſcopum Januen. die 29. Octobris anni 1712. ſtatim, ut par erat, exequendo ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Apoſtolica mandata proceſſiſſe ad declaratoriam excommunicationis Sententiam contra Fratrem Thomam Granellum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, eumque Eccleſiaſticis cenſuris innodatum à Fidelium conſortio disjunctum, ſegregatum, & ſeparatum publicis ſchedulis in ſui, ac Cleri Metropolitanæ Eccleſiæ Januen., nec non frequentis Populi præſentia ad valvas ejuſdem Eccleſiæ denunciaſſe, ex quo Supremi Pontificis Præcepto, quo illi dudum ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda injunctum fuerat, ut à Civitate Januen. diſcederet, & ad Conventum Sanctiſſimæ Annunciationis Civitatis Bononien. dicti Ordinis ſe conferret, elapſo termino ſibi ad id præfixo, non paruerat, ſeu potiùs parere contempſerat.

Excommunicatio ejuſdem Fratris Granelli ſpecialiter confirmatur à Summo Pontifice, ejuſque commercium prohibetur ſub gravibus pœnis.

§. 2. Hanc autem excommunicationis Sententiam, ſeu denunciationem vigore prædictarum ſchedularum ſecutam, exinde Sanctiſſimum Dominum Noſtrum ſuis literis in forma Brevis editis die 3. Decembris antedicti Anni 1712. pro ritè, legitimè, & validè facta declaraſſe, prindeque eumdem Fratrem Thomam Granellum ſic denunciatum excommunicatum ab omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus habendum eſſe, ac uti talem ſub cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum à Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis contra eos, qui cum Excommunicatis commercium, vel conſortium habent inflictarum, & inſuper quoad Regulares etiam perpetuæ privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac munerum, & officiorum Regularium per eos obtentorum, perpetuæque pariter inhabilitatis ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia quæcumque in poſterum quomodolibet obtinenda ipſo jure abſque alia declaratione incurrendis pœnis vitari omninò debere eiſdem literis pariter decreviſſe, ac declaraſſe.

Idem tamen Fr. Granellus cenſuris neglectis, pro non Excommunicato palam temerè ſe gerere audet.

§. 3. Prædictis tamen cenſuris penitus neglectis dictum Fratrem Thomam Granellum, licèt merito facinorum ſuorum juſtè ab Eccleſia pulſum, contemnendo præterea Eccleſiaſtica vincula per inſolentem inſultationem in Eccleſiæ opprobrium, & ſpretum Poteſtatis Clavium temerè, & ſacrilegè à prænotata die 29. Octobris anni 1712. ſe geſſiſſe, & adhuc ſe gerere, tamquam non excommunicatum in grave Animæ ſuæ præjudicium, & Fidelium ſcandalum, pertinaciter in tantâ contumaciâ perſeverando, & excommunicationis ſententiam, qua ligatus eſt, indurato animo ſuſtinendo, alioſque per communicationem ad peccatum inducendo, pluraque ex illis, quæ ab Excommunicatis exerceri non poſſunt, ſacrilegè quoque attentando, rebuſque aliis, prout latiùs ex proceſſu, & actis cauſæ, ad quæ &c. ſingula ſingulis &c. ſuper quibus &c.

Inſtantia Procuratoris Fiſcalis, ut contra d. Fr. Granellum ad gravatoriam cenſurarum procedatur, ejuſque commercium omnibus Chriſtifidelibus interdicatur.

§. 4. Quamobrem ad inſtantiam, & pro parte præfati Domini Procuratoris Fiſcalis fuimus inſtanter, & debitè requiſiti, quatenus de opportuno juris remedio providere, & gravatorias literas extra Romanam Curiam, & ad Partes contra prædictum Fratrem Thomam Granellum, & reſpectivè monitorias, ſive inhibitorias de non communicando cum eo pro omnium Chriſtifidelium ſalute, ejuſdemque Fratris Granelli exoptata reſipiſcentiâ, decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Nicolaus Cardinalis Spinula Judex, & Pro-Auditor prædictus, nec non ſententiarum,